Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800 Seite 1463

Quelle:
Copyright:

1607. Autorem e nobili nunc extincta Profapia *Auſtriaca* 29. annis caſtra Proteſtantium ſecutum in Matris Eccleſiae gremium rediviſſe, pollentemque otio ruſtico laborem hunc e Scriptis *Bellarmini*, *Greg. de Valentia*, *Peltani*, *Mart. Becani*, *Jac. Keller*, *Mich. Bentzii*, *Hier. Plati*, *Piſtorii*, aliorumque inſtituiſſe. *Libris* VII. illum definivit, quorum I. de Primatu Papae, II. de Antichriſto, III. de Notis verae Eccleſiae, IV. de Juſtificatione, V. de Miſſae Sacrificio, VI. de ſeptem Sacramentis, VII. de reliquis Locis controverſis, puta de SS. Invocatione, Purgatorio, libero Arbitrio, Judice controverſiarum, Votisque monaſticis ſolide tractat. Perorationem deeſſe ſuſpicor, nec unquam de hoc *Speculo* typis commiſſo quidquam comperi.

DCXXXII.

E. 11 Codex chartaceus germ. Sec. XVII. Pagg. 300. f. non una manu conſcriptus, quondam D. *Joh. Frid. Mayeri* celebris inter Proteſtantes Theologi, dein a magno *Leibnitio* Principi *Eugenio de Subaudia* oblatus Spicilegium Operum *Mart. Lutheri* complectitur, cujus Titulum exhibeo: *Der zehende Theil aller Bücher und Schrifften des theuren ſeeligen Mannes Gottes Doctoris Martini Lutheri, darinnen begriffen etliche Schrifften und Predigten, vom Jahr Chriſti 1517. biſs aufs Jahr 1546. von D. M. Luth. geſchrieben, und biſshero in keinerley Tomis gedruckt. Jetzo aber auff Churfürſtl. Durchleuchtigkeit zu Sachſen Herrn Johann Georgen des Dritten Gnädigſten Befelch zuſammengetragen, Mit einer Vorrede Herrn D. Abraham Calovii Paſt. und Profeſſ. Theolog. Primarii zu Wittenberg, des Fürſtenthumbs Sachſen Gen. Superint. und Conſiſt. Aſſeſſoris &c. Joh. VI. Samlet die übrigen* Brocken, *daſs nichts umbkomme. Abraham Calovius, D. p. t. Decan.* Infra calamo expreſſa imitatio Iconis illius, qua in Editionibus antiquioribus Elector *Sax.* et *Lutherus* Chriſto cruci adfixo adgeniculati viſuntur. Subjectum: *Wittembergk. Fol.* altero ejusdem modi *Lutheri* Effigies ad eam adumbrata, quam *Lucas Kranach*, ut habet ἐπιγραφη, anno 1546. *Wittebergae* ſculpſerat. Additi Verſus lat. et germ. in ejus laudem autore J. G. Z. quem *Joh. Godefr. Zeidlerum* interpretor, motus praecipue Literis Codici adjectis, quibus *Joh. Ge. Mansfeldius* a. 1682. 23. *Sept.* mentem Conſiſtorii *Isleb.* exquirit de Opere, quod Vir hic παραδοξος ſuſceperat, quodque non aliud eſſe putem, quam praeſens Spicilegium, quod *Exegetica* varia, *Praefationes*, *Sermones*, *Epiſtolas*, et alia *Lutheri Polemica* vel olim ſeorſum edita, vel hic in aliam linguam converſa, aliqua etiam ἀνεκδοτα complectitur, adjectis paene ad fingula in margine, quae *Lutheri* Βιβλιογραφιαν illuſtrant. Ea porro induſtria, quae olim jam impreſſa fuere, hic repraeſentantur, ut male feriatus

Com-